Gruszewski Casimirum Gruszewski Ad causam Dñae provisionis his
tibus Bartholomeo et Christophoro olim Lucae Wierzbicki institu-
tam in plenipotentes elegit instituit et ordinat. Dans omnimodam po-
testatem eiusmodi provisionem levandi quietandi pro non expedita
iure agendi et ad debitam executionem deducendi. 184

Oborska Jarszinina Cessio.

Coram officio et Actis presentibus Castren[sibus] Capitanealibus Bransceñ personaliter comparens
Generosus Bernardus Gruszewski nomine Generosae Isabellae Kurzeniec-
ka coniugis suae Modernae legitimae a qua de rato et grato sub
vadio et legamentis infrascriptis cavet sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit. Quia Generosae Annae Obor-
ska coniugi legitimae Generosi Wladislai Jarszyna et ipsius hinc
successoribus De omni et integro iure seu inscriptione certa memoratae
Generosae Isabellae Kurzeniecka Modernae coniugi suae per Generosum
Sigismundum Krzyszewicz Tribunum Terrae ... Maritum eius pri-
orem super bona omnia mobilia et immobilia in hereditate Drzy-
cilowo consistentia hereditaria paterna et alio quovis modo ipsi
spectantia eorumque bonorum cunctas utilitates et attinentias in eadem
inscriptione expressas coram Actis presentibus Feria Sexta
post Dominicam Reminiscere Anno Millesimo Sexcentesimo
Quadragesimo Sexto proxime transacto modo obligatorio in sum-
ma Trium Millium Florenorum Polonicalium facta et recognita prout
eiusmodi inscriptio de verbis latius eloquitur. Cum
omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis suae ac parata intro-
missione possessione tentione vadio et legamentis in originali in-
scriptione contentis omnibusque et singulis ullis in eisdem bonis
nunc et ab antiquo existentibus nullis eidem coniugi suae sibi et
alii cuipiam exceptis sed prout in inscriptione exarata sunt et
adiacens in eisdem bonis existunt et prout eadem bona in se
esse habentur accepta i sua sufficienti satisfactione cedit
et condescendit omne et integrum ius eiusdem coniugis suae
ad bona praefata ipsi servientem in personam ipsius et eius successorum
plenarie transfert et transfundit. Intromissionemque cum pacifica possessione
per Ministerialem et Nobiles dicens officio acceptandam ex nunc admittendo.
Salva ... bonorum ... certorum Mobilium ad duas
septimanas praecustodiendo. Ad quam quidem inscriptionem
approbandam seu denuo similem faciendam suprascriptam Ge-
nerosam Isabellam Kurzeniecka Modernam coniugem suam quam
primum ad salutem advenit vel in casu morbis ... sub

Coram Actis quibuscunque authenticis statuere et ut praemissa cum assiste-
ntia exequatur efficere se de omnibus bonis cum successoribus suis sub
mittit et inscribit sub vadio simili aliorum Trium Millium flo-
renorum Polon. in defectu eiusdem coniugis sui statutionis ad
soluendum succumbendo. Et coram quovis Judicio et Officio
Regni cuiuslibet Pallatus Terrae et Districtus in primo citationis
Termino peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus controver
sijs exceptionibus allegationibus euasionibus dilationibus quibusvis Mo-
tionibus appellationibus ac earum consequentiis aliisque in Universum
iuris remedijs et defensis legalibus impedimentis etiam de iure
concessibilibus se et suos successores Cit. absentibus et abrenuncian-
do sub amissione sui suorumque successorum litis et integrae causae.

inter G. Mniszewski et Ja:rzinina Inventarij Roboratio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Braslaviensis per
sonaliter comparentes Generosus Bernardus Mniszewski ab
una. Et Generosa Anna Obrola consors Generosi Vladislai
Jarzyna cum eiusdem Mariti sui personali assistentia et consensu praesenta
neo partibus ex altera. Sani mente et corpore existentes palam publi
ce ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recogno
vit. Quia ipsi Inventarium ratione rerum et bonorum Mobilium aedifi
ciorum pecorum pecudum seminaturae hyemalis et vernalis in he-
reditate Drzczewo consistentium quae circa Generosam Jarzynina rema
nere debent, inter se de data in eadem Drzczewo conscriptum
et vadio florenorum Polon. firmatum in Omnibus eiusdem In
ventarij conditionibus approbant illudque explere et observare de O
mnibus bonis cum posteris suis submittunt ac inscribunt sub vadio
in eodem Contractu expresso. Et coram quovis Judicio et Officio
Regni cuiuslibet Pallatinatus Terrae et Districtus in primo Citationis
Termino peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus Controver
sijs exceptionibus allegationibus euasionibus infirmitatibus dilationibus
quibusvis Motionibus appellationibus ac earum consequentiis aliisque
in Universum iuris remedijs et defensis legalibus impedimentis eti
am de iure concessibilibus se et suos successores Cit. absentibus et
abrenunciando sub amissione sui suorumque successorum litis et integrae
causae Salua Nihilominus acceptione bonum Suorum pecorum equorum
trium anserum medietate Omnium gallinarum indiacorum praeter quatuor

aesernalis